



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1655**

§. 58. Et dicit illis dormite iam & requiescite. v. 45.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45515**

tuam gratiam moueatur, ut acceptet, quod bonum illi est, & æternum; modicum vero tribulationis quod in præsentis est, spernat, ut mereatur præmia æterna.

s. 58. *Et dicit illis dormite iam & requiescite. v. 45.*

Quasi diceret: absolui pro vobis luctam internam, resolui me plenissime in mortem, victima pro vobis cædenda & offerenda iam parata est, iam causam certe aliquam habetis dormiendi, quam antea non habuistis, nec sciistis, & hoc dicto: reuera eos permisit dormire. Ipse autem pro eis in excubiis sterit. O quid tunc piissimus Dominus cogitauit? liquece cor meum & anima mea super benignitate Iesu tui, saluatoris tui, pastoris tui, custodis tui &c.

**D**omine Iesu Christe immensam tuam benignitatem agnosco planeque sentio, nec habeo verba apta quibus sensum animi mei eloquar, Spiritus meus non manet in me, sed transit in te, ubi melius est quam in me. Excipe me Iesu, Iesu.

s. 59. *Ecce appropinquauit hora & filius hominis tradetur in manus peccatorum: v. 25.*

Cum aliquantum quiescissent discipuli, Domino super eos excubante & præstolante adventum Iudæ & cohortis, ait: Ecce, Apostoli mei, usque modo non credidistis mihi vos excitanti, & serio monenti ut vigilaretis, nec cordi habuistis periculum eminens, Ecce, adest, hostis; adest enim illa hora quæ fuit ab æterno Patre statuta in qua capi & tradi debeo in manus peccatorum. Non solum hominum, sed eorum qui per excellentiam quandam sunt peccatores, nempe Dæmonum, qui Iudam & turbas in hoc actu regere permisi sunt, intrauit enim princeps eorum in cor Iudæ, & horum nequitia hoc opuserat.

**D**omine Deus meus, misericors super omnia, qui scis omnia & imple omnia, tibi soli constat hora exitus mei, utinam tunc somnolentus non inueniar, sed à te admonear, ut vigilans & paratus me vocanti sistere quam stricto Iudici, ad reddendam rationem de omni cogitatu, dicto, factoque dierum vitæ meæ. Obsecro te, pie Iesu, ut antea & tunc veram mihi pro peccatis meis infundas cõtritionem, cor meum lapideum emollias ad compunctionem, accendas ad deuotionem & tui desiderium. Oculis meis tribuas lacrimarum abundantiam ut nocte & die plangam iniuriam & contumelias, quas tibi irrogavi & innumera peccata quibus offendi te, Domine

Deus